

**2118** Tarvisii turri magna in via *Calmazor* diruta a. 1798 inventa inter crepidines ADD. AD COL.; CORTEN. Fuit in aedibus Crespanianis, deinde Trevisanorum, qui dederunt municipio. Hodie in curia.

C · SEVIVS · C · F  
FVSCVS  
IHI · VIR

Contuli. Habent Additamenta ad Coleti exempla Venetum et Veronense n. 63; Cortenovis ms. p. 109; Pulieri p. 215.

**2119** Peri (Pyri) in monasterio.

L · TITIVS · L · LIB  
LINVS  
L · TITIO · L · LIB  
MAXIMO · VI · VIRO  
5 PATRONO · OPTIM  
FECIT

Bononius syll. f. 34, ant. l. 1 p. 32, a quo videntur pendere Bonifacius *hist. Trivigiana* (1591) p. 18 et Burchelatus *hist. p. 504*, pendet certe ipso teste Scotus apud Mur. 750, 5. 1031, 6.

4 AVXIMO traditur. — 5 OPTIM Bonon., OPTIMO reliqui.

**2120** Tarvisii ad Rhoam in domo Bononia olim Hieronymi poetae domicilio BURCH. Ibidem adhuc, *vicolo della Roggia, calle de' Dotti*.

CAEVIO  
ET · SECVNDAE · ACCI  
VXORI

Contuli. Burchelatus epit. p. 189, *hist. p. 502* (inde sine dubio Mur. 1421, 4 ex schedis suis); *Giorn. di Treviso* 1741 p. 13; Ioh. Henr. Scotus mon. Tarv. f. 186; Pococke p. 126 n. 3; Coletus inscr. Tarv. n. 9 vix de lapide; Pulieri p. 211.

Praeter Pocockium auctores confundunt cum n. 2136 ibidem adservato, sed scripto litteris diversis.

**2121** Tarvisii ad forum praefecti.

AMMIA  
uxOR · EIVS

Burchelatus ep. p. 186, *hist. p. 501*, qui facit vv. etiam a fine mutilos.

**2122** Tarvisii rep. 5 Iun. 1762 in episcopio *commesso nel nuovo merlato del cortile Vescovale, che riguarda la strada detta del Riulo MINERVA*. Deinde posita est ad portam maximam eiusdem areae; nuper periit vel certe sub calce lateris coepit, cum domus ea instaurata est PULIERI.

SEX · CASS  
IVS · SEX · L  
EROS · VIV  
VS · FECIT · SIBI

*La Minerva s. Nuovo Giornale de' letterati d'Italia* Dec. 1762 vol. 5 p. 47 (inde Donat. 467, 23); Coletus inscr. n. 17; Pulieri p. 209. Memoratur apud Avogaram p. 138 et apud Calogera *N. R.* 11 (1764) p. 473.

**2123** Valli in villa Valeriorum BONON.; Valli in area vilici prope viam qua ad Meduli villam itur, ubi est pro putei labro COLETVS; *sulla via pubblica a Vallio nel basso Trivigiano, casa Onigo, serve di puteale LAZZARI*.

P · CATIVS · P · L  
TERTIVS  
PETALE · LIBERTAI

Bononius syll. f. 34, ant. l. 1 p. 31 (a quo videntur pendere Burchelatus *hist. p. 503* et Mur. 1527, 1 a Scoto); Coletus ms. n. 27; Lazzari Venetus descripsit et mihi dedit.

3 PETALAE Col. (Ven.).

**2124** Tarvisii 1800 in crepidinibus turris maioris ex fundamentis eruta, servata in domo Crespani ADD. AD COL.

COELIAE · VEN<sup>stae</sup>  
CONTVBER<sup>n</sup>  
GAVINIO · L · f · SECV<sup>ndo f</sup>  
LIBERTIS · LIBERTAB<sup>usque</sup>  
V f

Additamenta ad Coleti exemplum Veronense n. 65 (inde Pulieri p. 215).

Fractura non notatur. — 3 L·E traditur.

**2125** Tarvisii ad Rhoam in domo Bononia.

OMIT  
CLAV  
MO · F · C

Burchelatus epit. p. 189, *hist. p. 502*.

**2126** Peri (Pyri) in monasterio BON. BURCH. — Male Tarvisii MUR.

FAELIAE · CATVLL  
COLLIBERT · ET  
FAELIAE · VITALI  
AMICAE · OPTIM  
5 C · FAELIVS · ONESIM  
ET · FAELIA · RESTITVTA  
V · F · LIB · LIB · Q · POST · EOR

Servavit Bononius syll. f. 34, ant. l. 1 p. 32, a quo videntur pendere Burchelatus *hist. p. 504* et Mur. 1582, 2 a Scotio.

1 CATVLLAE Mur.

**2127** rep. a. 1800 Tarvisii in fundamentis turris Russinoniae, extat Trivignani *di Campagna* apud Crespanios PULIERI, nisi error subest; nam auctor Pulierii Guibertus refert inter Tarvisianas loco non enuntiato.

FIGVLVS  
X XVIII

Vinc. Guibert in tabula adiecta ad Coleti exemplum Veronense; inde Pulieri p. 216.

**2128** Monici, qui pagus est suburbanus Tarvisii.

FLAVIA · PRISCA  
L · F  
ANN · XXIII

Servavit Burchelatus *hist. p. 502* (inde Mur. 1675, 13).

**2129** in castello Blancadis apud sacellum, addens postea 'saxum hoc fuit mihi donatum' BONONIUS. Tarvisii in domo Federicia in vicinia D. Mariae maioris BURCH. Ante sub porticu Rudiorum, nunc in aedibus Scotianis IOH. HENR. SCOTI. Anton. Didan dedit municipio PULIERI. Nunc in curia.

IVLIA · P · L · MELAENIS  
SIBI · ET  
IVLIAE · SAMATI · FILIAE  
DISINIAE · PRIMAE · MAT  
5 P · IVLIO · C · L  
ABASCANTO  
SEQVANAE · MATRI

Contuli. Bononius syll. f. 34, ant. l. 1 p. 29; Burchelatus epit. p. 183 (inde Grut. 979, 10), *hist. p. 498*; Ioh. Henr. Scoti f. 185; Coletus n. 6; Pulieri p. 211.

**2130** Tarvisii prope forum praetorium in turri Russinonia sive maxima.

M NAVONIO N . . . .  
M C . . . . . R .

Burchelatus epit. p. 187, *hist. p. 501*.

**2131** Tarvisii in domo mea BON.; ad Rhoam in domo Bononia BURCH. SCOTI; Trivignani *di Campagna* in aedibus Crespan ADD. AD COL. et PULIERI.

P · PAETINI  
HERACLAE  
IN · F · P · XXX  
RET · P · XXX

Bononius syll. f. 33, ant. l. 1 p. 31; Burchelatus epit. p. 189 (inde Grut. 920, 2), *hist. p. 502*; Ioh. Henr. Scoti f. 187; Additamenta ad Coletum Ver. n. 64; Pulieri p. 214.

1 PETINI Add. ad Col., PAETIN Pul. — 3 IN FR Pul.

**2132** Tarvisii rep. a. 1800 in crepidinibus turris maioris, extat apud Crespanum ADD. AD COL. Nunc in curia.

L · PINI  
ZABD  
L · PINN  
PRI  
5 PAT

Descripsi. Additamenta ad Coletum Veronensem n. 66.